


¶ Tranquilli Andronici Dalmatæ dialo-  
gus Sylla, Interlocutores Cæsar, Syl-  
la, Pompeius, Minos.

## CÆSAR.



AN EVASIMUS in  
terram, vale Charo  
ego ad Plutonē fe-  
stino. Dij immortales  
in quod discrimē  
adduxerat me for-  
tuna, linter putri ca-  
rie quali cribrum fa-  
ctus est: vndiq; Palus  
scaturiebat, iam alluebat poplites, ac postea  
quam in ripam impegimus pene tota cimba  
dissiliit. Non ita me rabies æquantis oceani,  
non adeo furentes maris Adriatici procellæ  
terrueant. Equidem abhominor hanc tem-  
pestatem: nam vereor ne istuc sit omen cui-  
uspiam infœlicis euentus, qui meum ani-  
mum curis & perturbationibus exagitet. Se-  
pe solent magnas calamitates quædam veluti  
signa antecedere: quibus etiam nostra crude-  
lissima cædes significabatur, si dii voluissent  
vt longius animo prospiceremus. Ceterum